Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Deus exaudi orationem meam auribus
pape verba oris mei ℣ Deus in nomine
tuo saluum me fac et in virtute tua iudica
In illo tempore cum Johem me-
serunt principes et pharisei mi-
nistros: vt apprehenderent illum.
Dixit ergo eis. Adhuc modi-
cum tempus vobiscum sum: et va-
do ad eum qui me misit. Que-
ritis me et non inuenietis: et
vbi sum ego vos non potestis
venire. Dixerunt ergo iudei
ad semetipsos. Quo hic itu-
rus est: qr non inuenietur
eum? Nunqd in dispersionem gen-
tium iturus est et docturus ge-
tes: Quis est hic sermo quem
dixit. Qritis me et non inue-
nietis. et vbi sum ego. vos no
potestis venire: In nouissimo
autem die magne festiuitatis:
stabat ihs et clamabat dicens.
Si qs sitit veniat ad me et bi-
bat. Qui credit in me: sicut
dixit scriptura. flumina de ven-
tre eius fluent aque viue.
Hoc autem dixit de spiritu quem ac-
cepturi erant credentes in eum. Off.
Domine exaudi me et respice animam meam et
saluum me fac propter miseriam tuam Secr.
Concede nobis domine deus vir-
tutum hec hostia salutaris et nos
fiat purgatio delictorum et me
propitiatio maiestatis. P. Com.
Dominus dominum ipse est rex glorie. Ipse:

Sacramentum tuum qs domine
participatio salutaris et pu-
rificatione nobis tribuat et me
dela. P. Sup plin. Oratio qs do-
mine populo tuo salutem mentis
et corporis ut bonis operibus in
hereditate tua mereantur perpe-
tua defendi. P. Ria tri Iudit.
Expecta dominum viriliter age et con-
fortetur cor tuum et sustine dominum
ps. Dns illuminatio mea et salus mea quem
timebo. Expecta. Collecta.
Nostra tibi qs domine sint
acceptabilia munera q nos
et expiando gratie tue dignos ef-
ficiant et ad remedia perducant
eterna. P. Daniel pphete.
In diebus illis. Congregati sunt
babilonii ad regem: et dixerunt
ei. Tende nobis daniele q bel
destruxit et draconem interfecit:
alioqui interficiemus te et do-
mum tuam. Vidit qd rex qd irru-
erant in eum vehementer: necessi-
tate compulsus tradidit eis da-
niele. Qui misit eum in lacum
leonum: et erat ibi sex diebus.
Porro in lacu erant leones
septem: et dabantur eis cotidie duo
corpora et duae oues. Et tunc non
data sunt eis: ut devorarent da-
niele. Erat autem abakuk pphe-
ta in iudea: et ipse coquebat pul-
mentum et intriuerat panes in
alueolo. et ibat in campum ut referet